



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XIII. De praedicatoribus verbi Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

mercimonia laicorum , & ponantur in eis vasa ,
& alia , non deputata ad executionem , & obse-
quium diuinorum , statuimus , & arctius prohibe-
mus , ne de cetero in ecclesiis fiant mercata , siue
teneantur vasa , vel mercimonia laicorum , nec iudi-
cialia tractentur temporalia , nec fiant in eis coad-
unationes , viciniæ , vel tractatus , seu publica par-
lamenta : nisi forte ex necessitate , tempore guerra-
rum , hæc fieri contigerit . Et qui contra fecerit ,
diocesani arbitrio puniatur .

R VBRICA XIII.

Cum prædicandi officium priuilegium exi-
stat , ad cuius executionem exigitur industria per-
sonarum pollentium ætate , grauitate morum , vitæ
sanctitate , scientia & sermone : & indifferenter ali-
cubi admittantur , & recipiantur tales , ex quorum
receptione scandalum & animarum periculum di-
citur prouenisse , statuimus & distictius prohibe-
mus , quod ad prædicationis ministerium , qui trige-
simum , ad minus , non attingit annum , cuiuscum-
que religionis existat , de cetero in aliqua ecclesia
nullatenus admittatur : nec etiam quæstuarii reci-
piantur ad id officium .

R VBRICA XIV.

Statuimus , & perpetua stabilitate firmamus ,
quod de cetero quolibet anno , tempore magis
apto & loco , fiat capitulum prouinciale abbatum
& priorum ordinis sancti Benedicti , non exem-
ptorum , iuxta institutiones canonicas . Et si ex cau-
sa legitima non posset dictum capitulum prouin-
ciale